

SACROSANCTUM  
CONCILIUM  
TRIDENTINUM

ADDITIS DECLARATIONIBUS CARDINALIUM  
Concilii Interpretum, ex ultimâ recognitione

JOANNIS GALLEMART,

&

*Citationibus* JOANNIS SOTEALLI

*Theologi, & HORATII LUCII, ꝑ. C.*

*Nec non Remissionibus*

D. AUGUSTINI BARBOSÆ.

QUIBUS RECENS ACCESSERUNT UTILISSIMÆ  
Additiones BALTHASARIS ANDRÆ,  
J. C. Cæsar. Augustani,

CUM DECISIONIBUS VARIIS ROTÆ ROMANÆ  
*eisdem spectantibus, è Bibliotheca D. PROSPERI  
FARINACII, ꝑ. C.*

EDITIO REFORMATA ET SUPRA OMNES SUPERIORES  
Gallicæ & Belgicæ locupletata, non modò sexcentis circiter De-  
cisionibus, sed etiam innumeris ferè Remissionibus, per multis  
nem Pontificum ad varia Concilii capita insertis Constitutionibus  
ac nominatim Clementis VIII. Pauli V. & Urbani VIII.

CUM INDICE LIBRORUM PROHIBITORUM  
*ex Prascripto Concilii, nec non Propositionibus à va-  
riis Pontificibus hucusque damnatis.*

---

COLONIÆ AGRIPPINÆ.

Apud FRANCISCUM METTERNICH, Bibliop.  
Unter gölden Waagen / Anno M. DCC.

*Cum Privilegio Sacra Cæsar. Majest. speciali.*

adhortationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursum. Dat. Romæ, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1563, Kal. Decemb. Pontificatus nostri anno prim.

*Antonius Florebellus.*

Barengus.

SESSIO XVII.

*Quæ est Prima*

SUB PIO IV. PONT. MAX.

Celebrata die 18. Jan. 1562.

*Decretum de celebrando Concilio.*

PLACETNE vobis, ad laudem & gloriam sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ad incrementum & exaltationem fidei & religionis Christianæ, sacrum œcumenicum & generale Concilium Tridentinum, in Spiritu sancto legitime congregatum, ab hodierno die, qui est 18. mensis Januar. anni à Nativitate Domini 1562. Cathedræ Romanæ S. Petri, Apostolorum Principis, consecrato, sublata quacunq; suspensione, juxta formam & tenorem litterarum sanctissimi Domini nostri Pii IV. Pont. Max. celebrari, & in eo ea, debito servato ordine, tractari, quæ proponentibus Legatis, ac præsentibus, ad horum temporum levandas calamitates, sedandas de religione controversias, coercendas linguas dolosas, depravatorum morum abusus corrigendos, Ecclesiæ veram atque Christianam pacem conciliandam apta & idonea ipsi sanctæ Synodo videbuntur? *Responderunt*, PLACET.

*Indicatio futuræ Sessionis.*

PLACETNE vobis, proximam futuram Sessionem habendam, & celebrandam esse Feria quinta, post secundam Dominicam Quadrages. quæ erit die 26. mensis Februarii? *Responderunt*, PLACET.

SESSIO XVIII.

*Quæ est secunda*

SUB PIO IV. PONT. MAX.

Celebrata die 26. Febr. 1562.

*Decretum de librorum delectu, & omnibus ad Concilium fide publica invitandis.*

SACROSANCTA œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, non humanis quidem viribus confisa, sed Domini nostri Jesu Christi, qui os, & sapientiam Ecclesiæ suæ daturum se promisit, ope & auxilio freta, illud præcipue cogitat, ut Catholicæ fidei doctrinam, multorum inter se dissidentium opinionibus, pluribus locis inquinatam & obscuratam, in suam puritatem & splendorem aliquando restituat; & mores, qui à veteri instituto deflexerunt, ad meliorem vitæ rationem revocet; corque b patrum ad filios, & cor filiorum ad patres convertat. c Cum itaque omnium primum animadvertent, hoc tempore suspectorum ac perniciosorum librorum, quibus doctrina impura continetur, & longè lateque diffunditur, numerum nimis excrevisse, quod quidem in causa fuit, ut multæ censuræ in variis provinciis; & præsertim in alma Urbe Roma pio quodam zelo editæ fuerint, neque tamen huic tam magno ac pernicioso morbo salutarem ullam profuisse medicinam; censuit, ut delecti ad hanc disquisitionem Patres de censuris librisque quid factum opus esset, diligenter considerarent, atque etiã ad eandem sanctam Synodum suo tempore referrent; quò facilius ipsa possit varias & peregrinas doctrinas, tanquam a zizania, à Christianæ veritatis tritico separare, deque his commodius deliberare, & statuere, quæ ad scrupulum ex complurium animis eximendum, & tollendas multarum querelarum causas, magis opportuna videbuntur. Hæc autem omnia ad notitiam quorumcunque deducta esse vult, prout etiam præsentis decreto deducit: ut, si quis ad se pertinere aliquo modo putaverit, quæ vel de hoc librorum & censurarum negotio, vel de aliis, quæ in hoc generali Concilio tractanda prædixit, non dubitet à sancta Synodo se benigne auditum iri.

Quoniam verò eadem sancta Synodus ex corde optat, Deumque enixe rogat, quæ ad pacem sunt Ecclesiæ, ut universi

Luc. 27.

Luc. 1;  
Infr. Sess.  
ult. circa  
fin.

Matt. 13.  
c. ita nos,  
25. q. 2.

Infr. Sess.  
24. 25. c.  
21.

4 Isai 49. communem matrem in terris agnoscentes, quæ quos *a* peperit,  
 6 Rom. 15. oblivisci non potest, unanimes, *b* uno ore, glorificemus Deum  
 & Patrem Domini nostri Jesu Christi; per viscera misericordie  
 ejusdem Dei & Domini nostri, omnes, qui nobiscum  
 communionem non habent, ad concordiam & reconciliationem,  
 & ut ad hanc sanctam Synodum veniant, invitat atque hor-  
 tatur; utque charitatem, *c* quod est vinculum perfectionis,  
 amplectantur; pacemque Christi, exultantem in cordibus  
 suis, præ se ferant, in quam vocati sunt in uno corpore. Hanc  
 ergo non humanam, sed Spiritus sancti vocem audientes, ne  
 obdurent *d* corda sua, sed in suo sensu non *e* ambulantes,  
 neque sibi *f* placentes, ad tam piam & salutarem matris suæ ad-  
 monitionem excitentur & convertantur, omnibus enim chari-  
 tatis officiiis sancta Synodus eos ut invitat, ita complectetur.

4 Colof. 3.  
 4 Ps. 59. &  
 Hebr. 3.  
 4 Ephel. 4.  
 4 Rom. 15.

Insuper eadem sancta Synodus decrevit, fidem publicam in  
 Congregatione generali concedi posse, & eandem vim habi-  
 turam, ejusdemque roboris & momenti futuram, ac si in pu-  
 blica Sessione data & decreta fuisset.

## R E M I S S I O N E S.

*a* Vide Concil. Colon. tit. de scholis cap. 9. Petr. Cened. ad Decret. Collet. 8. n. 2. in fine.

*Indictio futurae Sessionis.*

Eadem sacrosancta Tridentina Synodus, in Spiritu sancto  
 legitime congregata, presidentibus in ea eisdem Apostolicæ  
 Sedis Legatis, statuit, & decernit, proximam futuram Sessio-  
 nem habendam & celebrandam esse Feria quinta post sacra-  
 tissimum festum Ascensionis Domini, quæ erit die 14. Mensis  
 Maji.

*SALVVS CONDVCTVS CONCESSVS GERMANICÆ  
 nationi*

In Congregatione generali, die 14. Martii, 1562.

**S**acrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus,  
 in Spiritu sancto legitime congregata, presidentibus in  
 ea eisdem Sedis Apostolicæ Legatis, Universis fidem facit,  
 quod omnibus, & singulis sacerdotibus, Electoribus, Princi-  
 pibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, No-  
 bilibus, militaribus, popularibus, & aliis quibuscunque viris,  
 cujuscunque status, & conditionis, aut qualitaris existant, Ger-  
 manicæ provinciarum, & nationis, civitatibus, ac aliis locis ejus-  
 dem & omnibus aliis Ecclesiasticis & secularibus, præsertim

AR.

Augustanæ Confessionis personis, qui aut quæ unâ cum ipsis  
 ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mit-  
 tentur, ac profecturi sunt, aut hucusque venerunt, quo-  
 cunque nomine censeantur aut valeant nuncupari, tenore  
 præsentium publicam fidem, & plenissimam, verissimamque  
 securitatem, quam saluum conductum appellant, liberè  
 ad hanc civitatem Tridentinam veniendi, ibidemque manen-  
 di, standi, morandi, proponendi, loquendi, una cum  
 ipsa Synodo de quibuscunque negotiis tractandi, examinan-  
 di, discutiendi; & omnia quæcunque ipsis libuerit, ac arti-  
 culos quoslibet, tam scripto, quam verbo, liberè offerendi,  
 propalandi, eosque Scripturis sacris, & beatorum Patrum  
 verbis, sententiis & rationibus declarandi, asstruendi & per-  
 suadendi, &, si opus fuerit, etiam ad objecta Concilii ge-  
 neralis respondendi, & cum iis, qui à Concilio delecti fue-  
 rint, disputandi, aut caritative absque omni impedimento  
 conferendi, opprobriis, conviciis, ac contumeliis penitus  
 semotis, & signanter, quod causæ controversæ secundum  
 sacram Scripturam, & Apostolorum traditiones, probata  
 Concilia, Catholicæ Ecclesiæ consensum, & sanctorum Pa-  
 trum auctoritates in prædicto Concilio Tridentino tracten-  
 tur; illo etiam addito, ut religionis prætextu, aut delictor-  
 um circa eam commissorum, aut committendorum, minime  
 puniantur, impertitur, ac omnino concedit; sic etiam, ut  
 propter illorum præsentiam neque in itinere, aut quocun-  
 que locorum eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa  
 civitate Tridentina à divinis officiiis quovis modo cessetur.  
 Et ut his peractis, vel non peractis, quodcumque ipsis libue-  
 rit; aut majorum suorum mandato, & assensu ad propria re-  
 verti optabunt; aut aliquis eorum optabit, mox absque ulla  
 renitentia, & occasione, aut mora, salvis rebus eorum, &  
 suorum pariter honore, & personis, vice versa, possint jux-  
 ta beneplacitum liberè & securè redire; de scientia tamen  
 ab eadem Synodo deputandorum, ut tunc opportunè eorum  
 securitati, absque dolo & fraude provideatur. Vult etiam  
 sancta Synodus, in hac publica fide, salvoque conductu,  
 omnes quæcunque clausulas includi, ac contineri, ac  
 pro inclusis haberi, quæ pro plena, efficaci, & suffi-  
 cienti securitate, in eundo, stando, & redeundo, necessaria  
 & opportuna fuerint. Illud etiam, ad majorem securitatem,  
 & pacis ac conciliationis bonum exprimens, quod si

N 4

quif-

REMISSIONES.

\* Ut in his salva semper auctoritas Sedis Apostolica sit, & esse intelligatur. Utrum derogatione speciali opus sit in concessionibus Sanctissimi Domini nostri Papae aduersus Concilium factis? negativè respondit Sacra Cardinal. Congregatio, & sequuta est Rota coram Pamphilo in causa Sancti Angeli pensionis 16. Decembr. 1594. & in alia Ferentina pensionis 23. Januarii 1602. coram Domino Ortembergo num. 3. relata à Marquisano de commission. pag. 1. tit. de commissione appellat. in causis pension. §. 1. fol. mihi 535.

CONTINUATIO SESSIONIS DIE IV. DECEMB.

Decretum de Indulgentiis.

CUM potestas conferendi Indulgentias à Christo Ecclesiae concessa sit; atque huiusmodi potestate, divinitus sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit; sacrosancta Synodus indulgentiarum usum, Christiano populo maximè salutarem, & sacrorum Conciliorum auctoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse docet, & praecipit, eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant. In his tamen concedendis moderationem juxta veterem, & probatam in Ecclesia consuetudinem, adhiberi cupit; ne nimia facilitate Ecclesiastica disciplina enervetur. Abusus verò, qui in his irreperunt, quorum occasione in figne hoc Indulgentiarum nomen ab haereticis blasphematur, emendatos, & correctos cupiens, praesenti decreto generaliter statuit pravae quæstus omnes\* pro his consequendis; unde plurima in Christiano populo abusuum causa fluxit, omnino abolendos esse. Cæteros verò, qui ex superstitione, ignorantia, irreverentia, aut aliunde quomodocunque provenerunt, cum ob multiplices locorum, & provinciarum, apud quas hi committuntur, corruptelas commodè nequeant specialiter prohiberi; mandat omnibus Episcopis, ut diligenter quisque huiusmodi abusus Ecclesiae suae colligat, & in prima Synodo Provinciali referat: ut aliorum quoque Episcoporum sententiâ cogniti, statim ad summum Romanum Pontificem deferantur: cujus auctoritate, & prudentia, quod Universali Ecclesiae expediet, statuatur; ut ita sanctarum Indulgentiarum munus piè, sanctè, & incorruptè omnibus fidelibus dispensetur.

RE-

REMISSIONES.

Vide Angeles in Floribus Theologicarum quaest. cap. de Indulgent. Navar. in particulari opere, P. Valent. to 4. disput. 7. quaest. 20. P. Soar. tom. 4. propè finem. P. Henric. in summ. part. 1. lib. 7. de Indulgent. P. Valer. Regin. in praxi fori poenit. lib. 7. à n. 94. cum seqq. P. Aigid. de Conink. de Sacram. & Censuris tom. 2. disp. 12. Bald. Junium super opera controversi Bellarm. part. 1. lib. 6. de Indulgent.

Pravae quæstus omnes. Vide supra sess. 21. de reformat. c. 9. Hugo. lin. de offic. & potest. Episcop. part. 2. bap. c. 41. §. 3. num. 1.

De delectu ciborum, jejuniis & diebus festis.

Insuper hortatur sancta Synodus, & per sanctissimum Domini nostri atque Salvatoris adventum Pastores omnes obtestatur, ut tanquam boni milites illa omnia, quae sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum mater & magistra, statuit, nec non ea, quae tam in hoc Concilio, quam in aliis œcumenicis statuta sunt, quibuscunque fidelibus sedulo commendentur; omnique diligentia utantur, ut illis omnibus, & iis praecipue sint obsequentes, quae ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delectus, & jejunia; vel etiam, quae faciunt ad pietatem augendam, ut ut dierum festorum devota & religiosa celebratio; admonentes populos crebro, obedire Praepositis suis: quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient; qui verò contempnunt, Deum ipsum ultorem sentient.

DECLARATIONES.

1. Præ dierum festorum devota & religiosa celebratio. Nihil innovandum in consuetudine hucusque tolerata in nundinis, quae non sunt solemnes, sed fiunt peractis facis in festo alicujus Sancti, ante ejus Ecclesiam, extra tamen atrium.

De Indiciis librorum & Catechismo, Breviario, & Missali.

Sacrosancta Synodus in secunda sessione, sub Sanctissimo Domino nostro Pio IV. celebrata, delectis quibusdam Patribus commisit, ut de variis censuris, ac libris, vel suspectis, vel perniciosis, quid facto opus esset, considerarent; & atque ad ipsam sanctam Synodum referrent: audiens nunc huic operi ab eis extremam manum impositam esse; nec tamen, ob librorum varietatem, & multitudinem, distinctè, & commodè possit à sancta Synodo dijudicari, praecipit, ut quidquid ab illis praestitum est, Sanctissimo Romano Pontifici exhibeatur.

Rr 2

bea-

a c. non  
decer 82.  
distinct.  
Vig. in e-  
pist. ad Eu-  
therum  
in fi. Felix,  
1 in epist.  
3.  
b c. qui  
suis, 93.  
dist. c.  
quia fra-  
ter 7. q. 1.  
Luc. 10.

c Sup. Sess.  
13. in pria.

hibeatur : ut ejus judicio , atque auctoritate terminetur , & evulgetur . Idemque de a Catholismo à patribus , quibus illud mandatum fuerat , i. & de Missali , & Breviario fieri mandat .

## DECLARATIONES.

*De Missali.*

i. *Es de Missali* ) Pius V. in Bulla posita in Missali Romano. ex Decreto Conc. Trid. à se resti uto. sustulit omnes alias caeremonias, pretes & ritus ex aliis Missalibus, quantumvis vetustis hæctenus observari consuetos, derogans consuetudini etiam immemorabili.

Celebrans cum alio Missali, quam cum hoc reformato, qui alias ex dicta Bulla tenentur, incurrit in peccatum mortale, si scienter & absque justa & rationabili causa id faciant.

*De loco Oratorum.*

DEclarat S. Synodus, ex loco assignato Oratoribus, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, in sedendo, incedendo, aut quibuscunque aliis actibus, nullum cuiquam eorum factum fuisse præjudicium; sed omnia illorum, & Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, ac Principum suorum jura, & prærogativas illæsas & salvas esse, in eodem statu permanere, prout ante præsens Concilium reperiebantur.

*De recipiendis & observandis Decretis Concilii.*

Tanta fuit horum temporum calamitas, & hæreticorum inveterata malitia, ut nihil tam clarum in fide nostra asserenda unquam fuerit, aut tam certè statutum; quod non, humani generis hoste suadente, illi errore aliquo contaminaverint: ea propter sancta Synodus id potissimum curavit, ut præcipuos hæreticorum nostri temporis errores damnares, & anathematizaret; veramque & Catholicam doctrinam traderet, & doceret, prout damnavit, anathematizavit, & definivit. Cumque tamdiu tot Episcopi, ex variis Christiani orbis provinciis evocati, sine magna gregis sibi commissi jactura, & universali periculo ab Ecclesiis abesse non possint; nec ulla spes restet, hæreticos, toties, fide etiam publicè, quam desiderarunt, invitatos, & tamdiu expectatos, huc amplius adventuros, ideoque tandem huic sacro Concilio finem imponere necesse sit: superest nunc, ut Principes omnes, quod facit, in Domino moneat, ad operam suam, ita præstandam, ut, quæ ab ea decreta sunt, ab hæreticis depravari, aut violari non permittant; sed ab his, & omnibus devotè recipiantur, & fideliter observentur. Quod si in his recipiendis aliqua difficultas oriatur; aut aliqua

in-

inciderint, quæ declarationem, quod non credit, aut definitionem postulant, præter alia remedia, in hoc Concilio instituta, confidit S. Synodus, Beatissimum Romanum Pontificem curaturum, ut vel evocatis eis illis præsertim provinciis, unde difficultas orta fuerit, iis, quos eidem negotio tractando viderit expedire, vel etiam Concilii generalis celebratione, si necessarium judicaverit, vel commodiore quacunque ratione eis visum fuerit, provinciarum necessitatibus pro Dei gloria, & Ecclesiæ tranquillitate consulatur.

## DECLARATIONES.

*De recipiendis, & observandis Decretis Concilii.*

i. *Aliqua difficultas oriatur.* ) Causis gravibus, quæ committuntur in Rota, apponatur hæc clausula, quæ in causa Salamantiniensi prius appositâ fuit, scilicet, *committatur in Rota cum facultate inhibendi, præterquam tamen maturâ causa cognitione, & decretis Concilii in hac parte editis diligenter prius consideratis, & discussis in Rota.*

Decreta & litteræ Congregationis Concilii temotus litibus sunt executioni demandandæ, nec super his, sententia vel Decretum aliquod est iterum faciendum.

S. D. N. Gregorius XIII. reducit ad terminos Decretorum Concilii eas tantum materias, de quibus Concilium disposuit; eas autem de quibus Concilium nihil decrevit, reliquit in terminis, in quibus erant ante Concilium, & idèd, si qua ipsi Regularibus privilegia eo tempore indulta fuerunt, quæ Decretis Concilii non adveriantur, sanctitas sua non sustulit.

In una Pisicensi, Rota advocavit ad se quasi possessionem; opposuit se Præpositus, qui cum Abbate de Florentia litigabat super jure visitationis de Decreto Concilii, c. 1. Sess. 21. Congregatio consultata respondit, licuisse Rotæ avocare sibi quasi possessionem, & posse procedere in causa ad ulteriora.

Cum dicitur, *ante publicationem Concilii*, non intelligitur in aliqua particulari Diœcesi, sed ante Kalend. Maii. 1564. secundum declarationem Pii IV. modò accedant reliqua.

S. D. N. Gregorius XIII. voluit illas tantum declarationes Pii IV. salvas esse, de quibus litteræ Apostolicæ jam expeditæ, vel ut supplicationes signatæ & registratæ fuerunt.

Episcopo Leodiensi, qui quaesivit, an publicatio Concilii Tridentini facta in urbe, liget Leodienses, ubi nec hodie per Episcopum publicatum fuit? Respondit Congregatio, ligare debere, modo concurrant, quæ supra Sess. 24. de Reformat. Martini, c. 1. Post trīginta dies.

*De recipiendis Decretis Concilii, sub Paulo III. & Julio III. in Sessione.*

Quoniam a diversis temporibus, tam sub sel. rec. Paulo III. a Suprà quam Julio III. multa in hoc sacro Concilio quoad dogmata Sess. 1. 6. 7. ac morum reformationem statuta & definita sunt; vult sancta Synodus, ut illa nunc recitentur & legantur. 13. & 24.

*Recitata sunt.*

Rr 3

De

# INDEXICEM LIBRORUM PROHIBITORUM.

*Confectum à deputatione Tridentina Synodi, Prefatus  
R. P. P. Francisci Foretii, Ord. F. Præd. S. Theol. Professoris,  
& ejusdem Deputationis Secretarii.*

**C**UM sancta œcumenica Tri-  
dentina Synodus, iis ratio-  
nibus adducta, quæ in se-  
cundæ Sessionis Decreto sub Beati-  
mo Pio IV. Pont. Max. explicatæ sunt,  
censuisset, ut Patres aliquot, ex om-  
nibus ferè nationibus electi, de libro-  
rum censuris, quid statuendum esset,  
diligenter cogitarent, in eam tandem  
sententiam post diurnam delibera-  
tionem venerunt, ut judicarent nihil  
utilius fieri posse, quàm si Romanus il-  
le prohibitorum librorum Index, ab  
Inquisitoribus Romæ postremò con-  
fectus, paucis tantum demptis, atque et-  
jam additis, retineretur; quippe qui  
cum magna maturitate à multis viris  
doctis compositus, plurimos compre-  
hendat auctores, atque in ordinem sa-  
tis commodum digestus esse videatur.

Quoniam verò intelligebant pro-  
pterea à aliquibus Provinciis, ac locis  
hactenus eum Indicem receptum non  
esse, quod in eo quidam libri prohibe-  
rentur, quorum lætione viri docti pri-  
vati magno incommodo afficerentur,  
atque animadvertentes etiam in eo esse  
nonnulla parùm explicatè posita, quæ  
interpretatione indigerent, re multum  
diuque deliberationibus agitata, ac vi-  
ris etiam ex omni natione, Theolo-  
gicæ facultatis scientissimis, in consi-  
lium adhibitis, subjectas Regulas com-  
ponendas judicaverunt, ut quoad ejus  
seri posset, dictorum hominum com-

modis, & studiis, salvâ veritate ac re-  
ligione, prospiceretur.

Illud igitur in primis observare o-  
portet, unamquamque penè alphabe-  
ti litteram, tres habere classes.

In prima non tam libri, quàm libro-  
rum Scriptores continentur, qui aut  
hæretici, aut nec tã hæresis suspecti fu-  
erunt, horum enim Catalogum fieri o-  
portuit, ut omnes intelligant, eorum  
scripta, non edita solum, sed edenda  
etiam, prohibita esse.

Sed illud etiam animadvertendum  
est, quod licet multi præterea sint, qui  
justissimis de causis in hanc classem re-  
ferri poterant, Patrib<sup>9</sup> tamen nō is fuit  
animus, aut ad eorum pertinebat insti-  
tutum, ut eos ad unum perquirerent,  
sed iis penè contenti fuere, qui in Ro-  
mano Catalogo descripti sunt, de aliis  
verò ejusdem generis auctoribus, idem  
ab ordinariis & Inquisitoribus statu-  
endum existimaverunt.

In secundam Classem non auctores,  
sed libri sunt relati, qui propter doctri-  
nam quam continent, non sanam, aut  
suspectam, aut quæ offensionem etiam  
in moribus tantum fidelibus afferre  
potest, rejiciuntur, etiam si auctores à  
quibus prodire, ab Ecclesia, nunquam  
desciverunt.

Tertia verò, & ultima classis, eos li-  
bros complectitur, qui sine scriptoris  
nomine exierunt in vulgus, & eam do-  
ctrinam continent, quàm Romæ  
Eccle-

## Regula & Observaciones.

Ecclesiæ tanquam Catholice fidei, aut  
morum integritati contrariam, refu-  
tandam ac repellendam esse decernit.

Non enim omnes libros, qui nomen  
auctoris non præferunt, damnandos  
putarunt, quandoquidem sæpè viros  
doctos ac sanctos novimus, ut Chri-  
stiana quidem Resp. ex eorum vigiliis  
fructum caperet, ipsi verò inanem glo-  
riam evitarent, libros optimos sine  
nomine didicisse, seu eos tantum, qui  
aut liquidè pravam, aut dubiam fidei  
doctrinam, sive moribus perniciosam  
continent.

At verò qui sint hujusmodi, aut tales  
censeri debeant præter eos, qui in hoc  
Catalogo descripti sunt; Episcopi, &  
Inquisitores unâ cum Theologorum  
Catholicorum consilio didicabunt.

Sed propter nostrorum temporum  
maistiam, ne in postejum libri sine  
nomine auctoris edantur, decreto quar-  
tæ sessionis Tridentini Concilii, sub fel.  
rec. Paul. III. quod incipit, sed & im-  
pressoribus, &c. provi. um est.

### REGULA I.

**L**IBRI omnes, quos ante annum  
M. D. XV. aut summi Pontifices,  
Concilia œcumenica damnarunt, & in  
hoc indice non sunt, eodem modo dam-  
nati esse censentur, sicut olim dam-  
nati fuerunt.

### REGULA II.

**H**Æresiarum libri, tam eorum,  
qui post prædictum annum, hæ-  
reses invenerunt, vel suscitavit, quàm  
qui hæreticorum Crypta, aut Duces  
sunt, vel fuerunt, quales sunt Luth-  
erus, Zwinglius, Calvinus, Balthasar  
Pacimontanus, & Schvencfeldius,  
& his similes cujuscunque nominis, ti-  
tuli, ut argumenti existat, omninò  
prohibentur.

Aliorum autem hæreticorum libri,  
qui de religione quidem ex professio-  
ne tractant, omninò damnantur.

Qui verò de religione non tractant,  
à Theologis Catholicis, jussu Episco-  
porum & Inquisitorum examinati, &  
approbati permittuntur.

Libri etiam catholice conscripti, tam  
ab illis, qui postea in hæresim lapsi  
sunt, quàm ab illis, qui post lapsum ad  
Ecclesiæ gremium redierunt, approbati à  
facultate Theologica alicujus Univer-  
sitatibus catholicæ, vel ab inquisitione  
generali, permitti poterunt.

### REGULA III.

**V**ersiones scriptorum etiam Eccle-  
siasticorum, quæ hactenus editæ  
sunt a damnatis auctoribus, modò ni-  
hil contrâ sanam doctrinam contine-  
ant, permittuntur.

Librorum autem veteris testamenti  
versiones, viris tantum doctis, & piis,  
judicio Episcopi concedi poterunt; mo-  
dò hujusmodi versionibus tanquam  
elucidationibus vulgaræ editionis, ad  
intelligendam sacram scripturam,  
non autem tanquam sacro textu utan-  
tur.

Versiones verò novi Testamenti, ab  
auctoribus primæ classis hujus Indicis  
factæ nemini concedantur, quia uti-  
litas parum, periculi verò plurimum,  
lectoribus, ex earum lætione, manare  
solet.

Si quæ verò annotationes cum hu-  
jusmodi, quæ permittuntur, versionibus,  
vel cum vulgaræ editione circum-  
feruntur, expunctis locis suspectis à fa-  
cultate Theologica alicujus Univer-  
sitatibus catholicæ, aut inquisitione ge-  
nerali, permitti eisdem poterunt, quibus  
& versiones.

Quibus conditionibus totum volu-  
men Bibliorum, quod vulgo Biblia Va-  
tabli dicitur, aut partes ejus, concedi  
viris piis & doctis poterunt.

Ex Bibliis verò Isidori Clarii Brixia-  
ni prologus & prolegomena prædicantur;  
ejus verò textum vulgaræ editio-  
nis esse existimet.

REGULA IV.

Cum experimento manifestum sit, si sacra Biblia vulgari lingua, passim sine discrimine permittantur, plus inde ob hominum temeritatem, detrimenti, quam utilitatis oriri, hac in parte iudicio Episcoporum aut Inquisitorum fiteatur, ut cum consilio Parochi, vel Confessorii, Bibliorum à catholicis auctoribus verorum lectionem in vulgari lingua eis concedere possint, quos intellexerunt, ex huiusmodi lectione non damnatum, sed fidei, atque pietatis augmentum capere posse; quam facultatem in scriptis habeant.

Qui autem, absque tali facultate ea legere, seu habere presumpserit, nisi prius Bibliis Ordinario redditis, peccatorum absolutionem percipere non possit.

Bibliopola verò, qui prædictam facultatem non habent. Biblia idiomate vulgari conscripta vendiderint: vel alio quovis modo concesserint: librorum pretium, in usus pios ab Episcopo convertendum, amittant; alioquin poenis pro delicti qualitate ejusdem Episcopi arbitrio subiaceant.

Regulares verò, non nisi facultate à Prælatu suis habitâ, ea legere, aut emere possint.

OBSERVATIO

Circa quartam regulam.

*A* Nimadvertendum est circa supra scriptam quartam regulam Indicis sel. rec. Pii Papa IV. nullam per hanc impressionem, & editionem de novo tribui facultatem Episcopis, vel Inquisitoribus, aut Regularium superioribus, concedendi licentiam emendi, legendi, aut retinendi Biblia vulgari lingua edita, cum hæcenus mandato, & usu sanctæ Romanæ & universalis Inquisitionis sublata eis fuerit facultas concedendi huiusmodi licentias legendi, vel retinendi Biblia vulgaria, aut alias sacra Scriptura tam novi, quam veteris Testamenti

partes, quavis vulgari lingua editas; & insuper summaria & compendia etiam historica eorundem Bibliorum, seu Librorum sacrae Scripturae, quocumque vulgari idiomate conscripta, quod quidem in violatè servandum est.

REGULA V.

**L**ibri illi, qui hæreticorum auctorum operâ interdum prodeunt, in quibus nulla, aut pauca de suo appellant, sed aliorum dicta colligunt, cuiusmodi sunt Lexica, Concordantia, Apophthegmata, similitudines, Indices, & huiusmodi, si quæ habeant admixta, quæ expurgatione indigeant, illis, Episcopi & Inquisitoris, unâ cum Theologorum Catholicorum consilio, sublaris, aut emendatis, permittantur.

REGULA VI.

**L**ibri vulgari idiomate de controversiis inter Catholicos & hæreticos nostri temporis differentes, non passim permittantur, sed idem de iis ferveat, quod de Bibliis vulgari lingua scriptis, statutum est.

Qui verò de ratione bene vivendi, contemplandi, confitendi, ac similibus argumentis vulgari sermone conscripti sunt, si sanam doctrinam continent, non est, cur prohibeantur, sicut nec sermones populares, vulgari lingua habiti.

Quod si hæcenus in aliquo regno, vel provincia, aliqui libri sunt prohibiti, quod nonnulla continerent, quæ sine defectu ab omnibus legi non expedit, si eorum auctores Catholici sunt, postquam emendati fuerint, permitti ab Episcopo & Inquisitore poterunt.

REGULA VII.

**L**ibri qui res lascivas, seu obscenas, ex professo tractant, narrant, aut docent, cum non solum fidei, sed & morum, qui huiusmodi librorum lectione facile corrumpi solent, ratio

Regula & Observationes.

habenda sit, omnino prohibentur: & qui eos habuerint: severe ab Episcopis puniantur.

Antiqui verò ab ethnicis conscripti, propter sermonis elegantiam, & proprietatem, permittuntur, nullâ tamen ratione pueris prælegendi erant.

REGULA VIII.

**L**ibri quorum principale argumentum bonum est, in quibus tamen obiter aliqua inserta sunt, quæ ad hæresim, seu impietatem, divinationem, superstitionem spectant, à catholicis Theologis Inquisitionis generalis auctoritate expurgati, concedi possunt.

Idem iudicium sit de prologis, summaris, seu annotationibus, quæ à damnatis auctoribus, libris non damnatis, appositæ sunt: sed posthac non nisi emendati excudantur.

REGULA IX.

**L**ibri omnes & scripta, Geomantiæ, Hydromantiæ, Acromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ sive in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, profusè rejiciuntur.

Episcopi verò diligenter provideant, ne Astrologiae judiciariæ libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitive casibus, aut iis actionibus, quæ ab humana voluntate pendunt, certò aliquid eventurum affirmare audent.

Permittuntur autem judicia & naturales observationes, quæ navigationis, agriculturæ sive medicæ artis juvandæ gratiâ conscripta sunt.

OBSERVATIO

Circa nonam regulam.

*Circa Regulam 9. ejusdem Indicis, ab Episcopis, & Inquisitoribus, Christi*

*fideles sedulo admonendi sunt, quod in regentes, aut retinentes contra regulam, hanc, libros huiusmodi Astrologiæ judiciariæ, divinationum & sortilegorum, verumque aliarum in eadem Regula expressarum, procedi potest, non modo per ipsos Episcopos, & ordinarios, sed etiam per Inquisitores locorum ex constitutione sel. rec. Sixti Papa V. contra exercentes Astrologiæ judicariæ artem & alia quæcunque divinationum genera, librosque de eis legentes, ac tenentes, promulgata, sub Datum Roma ad S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1585. Nonis Januarii, Pontificatus sui anno primo.*

REGULA X.

**I**n librorum, aliarumve scripturarum impressione servetur, quod in Concilio Lateranensi sub Leone X. sessione decima statutum est.

Quare si in alma urbe Roma, liber aliquis sit imprimendus, per Vicarium summi Pont. & sacri Palatii Magistrum, vel personas à Sanctissimo Domino Nostro deputandas, prius examinetur.

In aliis verò locis ad Episcopum, vel alium habentem scientiam libri, vel scripturæ imprimendæ, ab eodem Episcopo deputandum, ac Inquisitoria hæreticæ pravitatis, ejus civitatis, vel diocesis, in qua impressio fiet, ejus approbatio, & examen pertineat, & per eorum manus, propria subscriptione, gratis, & sine dilatione imponendam sub pœnis & censuris in eodem contentis approbetur, hac lege & conditione addita, ut exemplum libri imprimendi authenticum & manu auctoris subscriptum, apud Examinatorem remaneat.

Eos verò, qui libellos manuscriptos vulgare, nisi ante examinationem, probati fuerint, iisdem pœnis subijci debere iudicant Patres deputati, quibus Impressores, & qui eos habuerint; & legerint, nisi auctores prodiderint; pro auctoribus habeantur.

Ipsa verò huiusmodi librorum probatio in scriptis detur, & in fronte libri scripti

scripti, vel impressi authenticè appareat: floratioque & examen, ac cetera gratis fiant.

Præterea in singulis civitatibus, ac diocæsi bus, domus, vel loci, ubi ars impræstoria exercetur, & Bibliothecæ librorum venalium sæpius visitentur, ac personæ ad id deputandæ ab Episcopis, sive ejus vicario, atque etiam ab Inquisitore hæreticæ pravitatis, ut nihil eorum, quæ prohibentur, aut imprimantur, aut vendantur, aut habeantur.

Omnes verò librarii, & quicumque librorum venditores, habeant in suis bibliothecis indicem librorum venalium, quos habent, cum subscriptione dictarum personarum, nec alios libros habeant aut vendant, aut quæcunque ratione tradant, sine licentia eorundem deputandorum, sub pœna amissionis librorum & aliis arbitrio Episcoporum, vel Inquisitorum imponendis, emptores verò, lectores, vel impressores eorundem arbitrio puniantur.

Quod si aliqui libros quoscunque in aliquam civitatem introducant, teneantur iisdem personis deputandis renuntiare, vel si locus publicus mercibus ejusmodi constitutus sit, ministri publici ejus loci, prædictis personis significant, libros esse adductos.

Nemo verò audeat librum, quem ipse vel alius in civitate introduxit, alicui legendum tradere, vel aliqua ratione alienare aut commodare, nisi ostenso prius libro, & habita licentiâ à personis deputandis, aut nisi notoriè constiterit, librum jam esse omnibus permittitum.

Idem quoque servetur ab hæreditibus & executoribus ultimarum voluntatum, ut libros à defuncto relictos, sive eorum Indicem, illis personis deputandis offerant, & ab illis licentiam obtineant, priusquam eis utantur, aut in alias personas, quæcunque ratione eos transferant.

In his autem omnibus, & singulis, pœna statuatur, vel amissionis librorum, vel alia, arbitrio eorundem Episcoporum vel inquisitorum, pro qualitate contumaciæ.

Circa verò libros, quos patres deputati aut examinarunt, aut expurgaverunt, aut expurgandos tradiderunt aut certis conditionibus, ut rursus expurgarentur, concesserunt, quidquid ita rursus contigerit, tam Bibliopola quam cæteri observent.

Librum tamen si Episcopis, aut Inquisitoribus generalibus, secundum facultatem quam habent, eos etiam libros, qui his regulis permitti videntur, prohibere, si hoc in suis regnis aut provinciis, vel diocæsi bus expedire judicaverint.

Cæterum nomina cum librorum, qui à patribus deputatis purgati sunt, tum eorum quibus illi hanc provinciam dederunt, eorundem deputatorum Secretarius, Notario sacre universalis Inquisitionis Romanæ descripta, Sanctissimi Domini nostri jussu tradidit.

Ad extremum verò omnibus fidelibus præcipitur, ne quis audeat contra hatum Regularum præscriptum, aut hujus Indicis prohibitionem, libros aliquos legere, aut habere.

Quod si quis libros hæreticorum vel cujusvis auctoris scripta, ob hæreticum, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita, legent, sive habuerit, statim in excommunicationis sententiam incurrat.

Qui verò libros, alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum, quo affectus, per judicio Episcoporum severe puniatur.

**OBSERVATIO**

*De Thalmud & aliis libris Hebræorum.*

Quamvis in tertia classe Indicis prædicti Pii Papa IV. sub littera T. Thalmud Hebræorum ejusque glossæ, annotationes, interpretationes, & expositiones omnes prohibeantur, sed quod si absque nomine Thalmud. &

sine injuriis & calumniis in Religionem Christianam aliquando prodissent, tolerantur, quia tamen Sanctissimus Dominus noster Clemens Papa VIII. per suam constitutionem contra impia scripta & libros Hebræorum, sub Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Domini M. D. LXXXII. pridie Kal. Martii, Pontificatus sui anno secundo, illos prohibuit atque damnavit; mens ipsius non est, eos propterea nullatenus etiam sub illis conditionibus permittendi aut tolerandi, sed specialiter & expressè statuit & vult, ut hujusmodi impii Thalmudici, Caballistici, aliique nefarii Hebræorum libri omnino damnati & prohibiti maneant & censeantur, atque super eis & aliis libris hujusmodi, prædicta constituto perpetuè & inviolabiliter observetur.

*De libro Magazor.*

Ad hæc sciant Episcopi, Ordinarii, & Inquisitores locorum, librum Magazor Hebræorum, qui continet partem officiorum, & cæremoniarum ipsorum, & Synagogæ, Lusitanica, Hispanica, Gallica, Germanica, Italica, aut quavis alia vulgari lingua, præterquam Hebræa, editum jamdiu ex speciali decreto rationabiliter prohibitum esse. Idcirco provident ilium nullatenus permitti aut tolerari debere, nisi Hebræica lingua prædicta.

*Instructio eorundem, qui libris tum prohibendis, tum expurgandis, tum etiam imprimendis, diligentem ac fidelem (ut par est) operam sunt daturi.*

Ad fidei Catholicæ Considerationem, non satis est, quinam ex jam dictis libris damnatæ lectionis sint agnoscere (quod Indice, & Regulis sanctis per Patres à generali Tridentina Synodo delectos præcipuè sancti-

tum est) nisi illud etiam caveatur, ne vel idem denuo pullulent libri, vel similes alii emergant & propagentur, qui incautas fidelium mentes occulto veneno inficientes justâ ac moritâ damnatione digni judicentur.

Ut igitur quicumque post hæc sævæ veteres seu novi libri edentur, quam maxime puri, & tam in iis quæ ad fidem, quam quæ ad mores pertinent, incontaminati existant, quid circa malorum librorum interdictionem, ad eos penitus abolendos, tam ab Episcopis & Inquisitoribus, quam à cæteris, quorum ad id in Ecclesia Dei studium valere, & auctoritas potest, (præter ea quæ Tridentinorum Patrum Regulis super prædictis decreta sunt, publica utilitas exigat, capitibus infra positis, diligentius sancti ut eisdem quæ statuitur, quæ omnino in posterum, tum ab iisdem Episcopis & inquisitoribus aliisque, ut præsertim in malorum librorum interdictione, & abolitione, tum à Corretoribus in librorum, ac cæterorum quorumcunque scriptorum correctione atque emendatione, tum à Typographis, ipsorum librorum impressione, (pœna pro arbitrio Episcopi, & Inquisitoris adversus eosdem Typographos constituta) in violatè sunt observanda.

Romæ verò hæc omnia certo à se, propositis edictis præscribendo tempore præstari curabit Sac. Pal. Magister

**DE PROHIBITIONE**

**LIBRORUM. §. I.**

Curent Episcopi, & Inquisitores, ut statim, atque hic Index fuerit publicatus, eorundem Jurisdictioni subiecti, ad ipsos descripta sigillatim deferant nomina librorum omnium & singulorum, quos apud se in eodem Indice prohibitos quique reperiet.

Ad hujusmodi verò libros sic significandos, infra certum tempus ab Episcopo, vel inquisitore præscribendum, omnes cujuscunque gradus, & conditionis exiterint, sub gravi pœna eorum arbitratu infligenda, teneantur.

Si qui erunt, qui librum unum, aut plures, ex prohibitis, qui ad præscriptum regularum permitti possunt, certa aliqua ex causa potestatem sibi retinendi, aut legendi fieri ante expurgationem desiderent; concedendæ facultatis extra Urbem, jus erit penes Episcopum, aut Inquisitorem; Romæ penes Magistrum sacri Palatii.

Qui quidem gratis eam, & scripto manu sua subsignato tribuent, de triennio in triennium renovandum, ea in primis adhibita consideratione, ut non nisi viris dignis, ac pietate, & doctrina conspicuis, cum delectu, ejusmodi licentiam largiantur, iis autem in primis, quorum studia, utilitatis publicæ, sanctæ Catholicæ Ecclesiæ usui esse, compertum habuerint.

Qui inter legendum, quæcunque repererint animadversione digna, notatis capitibus, & foliis significare Episcopo, & inquisitori teneantur.

§. III.

Illud enim Catholicæ fidei conservandæ necessitas extra Italiam, nempe cum ab Episcopis, & Inquisitoribus, tum à publicis Universitatibus, omni doctrinæ laudæ florentibus postulat, ut eorum librorum Indicem confici, & publicari curent, qui per eorum regna, atque provincias, hæretica labe infecti, ac bonis moribus contrarii, vagantur, sive illi propriæ nationis, sive aliena lingua, conscripti fuerint.

Utque ab eorum læsione, seu retentione, certis poenis ab eisdem Episcopis, & Inquisitoribus, propofitis, eorundem regnorum, ac provinciarum homines arceant.

Ad quod exequendum, Apostolicæ sedis Nuntii, & Legati extra Italiam, eosdem Episcopos, Inquisitores, & Universitates, sedulo excitare debent.

Idem Apostolici extra Italiam Nuntii, sive legati, nec non in Italia, Episcopi, & inquisitores, eam curam suscipiant, ut singulis annis, catalogum diligenter collectum librorum in suis partibus impressorum, qui aut prohibiti sint, aut expurgatione indigeant, ad sanctam Sedem Apostolicam vel congregationem Indicis, ab illa deputatam transmittant.

§. V.

Episcopi, & Inquisitores, seu ab eisdem subdelegati, & deputati tam in Italia, quam extra, penes se habeant singularum nationum Indices, ut librorum qui apud illas damnati, ac prohibiti sunt cognitionem habentes, facilius prospicere possint, an etiam à sua jurisdictionis teritis eisdem recognoscant, arceri, vel retinere debeant.

§. VI.

In universum autem de malis, & perniciosis illi declaratur, atque statuitur, ut qui certa aliqua lingua initio editi, ac deinde prohibiti, ac damnati à Sede Apostolica sunt; eosdem quoque, inquamcunque postea vertantur linguam, censeri ab eadem Sede, ubique gentium, sub eisdem poenis interdicti, & damnatos.

DE CORRECTIONE.

§. I.

Habeant Episcopi, & inquisitores, conjunctam facultatem, quoscuque libros juxta præscriptum hujus Indicis, expurgandi, etiam in locis exemptis, & nullius, ubi verò nulli sunt inquisitores Episcopi soli.

Librorum verò expurgatio, non nisi viris eruditione, & pietate insignibus committatur, iique sint tres, nisi forte considerato genere libri, aut eruditione eorum.

eorum, qui ad id deligantur, plures, vel pauciores judicentur expedit.

Ubi emendatio confecta erit, notatis capitibus, paragraphis, & foliis, manu illius, vel illorum qui expurgaverunt, subscripta reddatur eisdem Episcopis & Inquisitoribus, ut præfertur, qui si emendationem approbaverint, tunc liber permittatur.

§. II.

Qui negotium susceperit corrigendi, atque expurgandi, circumspicere omnia, & attentè notare debet, non solum quæ in cursu operis, manifestè se offerunt, sed si quæ in scholiis, in summaris, in marginibus, in indicibus librorum, in præfationibus, aut epistolis dedicatoriis tanquam in insidiis, delitescent.

Quæ autem correctione, atque expurgatione indigent, serè hæc sunt, quæ sequuntur.

Propositiones hæreticæ, erroneæ, heresim sapientes, scandalosæ, piarum virorum offensivæ, temerariæ, & schismaticæ, seditiosæ, blasphemæ.

Quæ contra Sacramentorum ritus, & ceremonias, contraque receptum usum, & consuetudinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, novitatem aliquam inducunt.

Profanæ etiam novitates vocum ab hæreticis excogitatæ, & ad fallendum introductæ.

Verba dubia & ambigua, quæ legentium animos, à recto, catholicoque sensu, ad nefarias opiniones, adducere possunt.

Verba sacre Scripturæ, non fideliter collata, vel è pravis hæreticorum versionibus deprompta, nisi fortè afferantur, ad eosdem hæreticos impugnandos, & propriis telis jugulandos & vincendos.

Expungi etiam oportet verba Scripturæ sacre, quæcunque ad profanum usum impiè accommodantur, tum quæ à sensum detorquentur abhorrentem Catholicorum Patrum, atque Doctorum unanimi sententia,

Itemque epitheta honorifica, & omnia in laudem hæreticorum delectantur.

Ad hæc rejiciuntur omnia, quæ superstitutiones, sortilegia ac divinationes sapiunt.

Item quæcunque fato, aut fallacibus signis, aut ethnicæ fortunæ, humani arbitrii libertatem subjiciunt, obli-terentur.

Ea quoque aboleantur, quæ paganismum redolent.

Item quæ sanæ proximorum, & præsertim Ecclesiasticorum, & principum detrahunt, bonisque moribus & Christianæ disciplinæ sunt contraria, expungantur.

Expungendæ sunt etiam propositiones, quæ sunt contra libertatem, immunitatem, & jurisdictionem ecclesiasticam.

Item quæ ex gentium placitis, moribus, exemplis, tyrannicam potestatem fovent, & quam falsò vocant rationem staras, ab Evangelicæ & Christianæ lege abhorreatem inducunt, delectantur.

Exploantur exempla, quæ Ecclesiasticos ritus, religiosorum ordines, statum, dignitatem, ac personas lædunt & violant.

Faciliè etiam, aut diceria in perniciem, aut præjudicium sanæ & existimatiõis aliorum jactata, repudientur.

Denique lasciva, quæ bonos mores corrumpere possunt, delectantur.

Et si quæ obscenæ imagines, præditis libris expurgandis impressæ extant, etiam in literis grandiusculis, quas initio librorum vel capitum imprimi moris est, hujus generis omnia penitus obli-terentur.

§. III.

In libris autem Catholicorum receptorum, qui post annum Christianæ salutis 1515. conscripti sunt, si id, quod corrigendum, occurrit paucis demptis, ad additis emendari posse videatur, id correctores faciendum cureat, sin minus, omnino deleatur.

§. IV.

**I**N libris autem Catholicorum veterum nihil mutare fas sit, nisi ubi aut fraude hæreticorum, aut Typographi incuriâ, manifestus error irrepserit.

Si quid autem, majoris momenti, & animadversione dignum occurrerit, liceat in novis editionibus, vel ad margines, vel in scholis adnotare ea in primis adhibitâ diligentia, an ex doctrina locisque collatis ejusdem auctoris sententia difficilior illustrari, ac mens ejus planius explicari possit.

§. V.

**P**ostquam codex expurgatus confectus erit, ac mandato Episcopi, & Inquisitoris impressus: qui libros expurgandos habebunt, poterunt de eorundem licentia juxta formam in codice traditam, eos corrigere, ac perpur-gare.

DE IMPRESSIONE LIB.

§. I.

**N**ullus liber in posterum excudatur, qui non in fronte nomen, cognomen & patriam præferat auctoris.

Quod si de auctore non constet aut justam aliquam ob causam tacito ejus nomine Episcopo, & inquisitori liber edi posse videatur, nomen illius omnino describatur, qui librum examinaverit atque approbaverit.

In his verò generibus librorum, qui ex variorum scriptorum dictis aut exemplis aut vocibus compilari solent, is qui laborem colligendi, & compilandi susceperit, pro auctore habetur.

§. II.

**R**egulares præter Episcopi & Inquisitoris licentiam ( de qua regula decima dictum est, meminerint tene-ri se facri Concilii Tridentini decreto, operis in lucem edendi facultatem a prælato cui subjacent obtinere.

Utramque autem concessionem quæ appareat, ad principium operis, imprimi faciant.

§. III.

**C**urent Episcopi, & Inquisitores pœnis etiam propositis, ne impres-soriam atem exercentes obscenarum imagines turpesve etiam in grandiu-culis litereis imprimi consuevas, in li-brorum deinceps impressione appo-nant.

Ad libros verò, qui de rebus ecclē-siasticis, aut spiritualibus conscripti sunt, ne characteribus grandioribus utantur, in quibus expressè apparebit a-licujus rei prophetæ, nedum turpis, obscenæve species.

Qui etiam invigilabunt summope-rè, ut in singulorum in impressione li-brorum nomen impressoris, locus im-pressionis & annus, quo liber impres-sus est, in principio ejus, atque in fine annotetur.

§. IV.

**Q**ui operis alicujus editionem præ-rat, integrum ejus exemplar ex-hibebit Episcopo vel inquisitori id ubi recognoverint, probaverintque, penes se retineant, quod Romæ quidem in archivio Magister sacri Palatii, ex-urbem verò in loco idoneo, quem Episcopus, aut inquisitor elegerit, re-ventur.

Postquam autem liber Impressus e-rit, non liceat cuiquam venalem in-vulgus proponere, aut quoquo modo publicare, antequam is, ad quem hæc cura pertinet illum cum manu scriptis apud se retento diligenter contulerit, licentiamque ut vendi, publicarique possit, concesserit.

Idque tum demum faciendum, cum exploratum habebitur, Typographum fideliter se in suo munere gessisse, ne-que ab exemplari manuscripto, vel ma-nimùm discessisse.

Qui contra facere au-tus fuerit, gra-titer & se. exē puniatur.

§. V.

**C**urent Episcopi, & inquisitores, quorum muneris erit facultatem libros imprimendi concedere, ut eis exanimandis, spectata pietatis & do-ctrinæ viros adhibeant, de quorum fi-de, & integritate sibi polliceri queant, nihil eos gratis daturos, nihil odio, sed omni humano affectu posthabito, Dei duntaxat gloriam spectaturos, & fidelis populi utilitatem.

Talium autem virorum approbatio, unâ cum licentia Episcopi, & inquisi-toris, ante initium operis imprimatur.

§. VI.

**T**ypographi, & Bibliopholæ, coram Episcopo aut Inquisitore, & Romæ coram Magistro sacri Palatii iure-jurando spondeant, se munus suum ca-tholicè, sincèrè, ac fideliter exequu-turos, hujusque Indicis decretis ac regu-lis, Episcoporumque & Inquisito-rum edictis, quatenus eorum artes at-

tingunt, obtemperaturos; neque ad suæ artis misterium, quemquam sci-enter admitturos, qui hæreticâ labe sit inquinatus.

Quod si inter illos, insignes, ac eru-diti nonnulli reperiantur, fidem etiam catholicam juxta formam à Pio IV. fel. rec. præscriptam, eorundem Super-iorum arbitrio, profiteri teneantur.

§. VII.

**L**iber auctoris damnati, qui ad præ-scriptum regularum expurgari præmittitur, postquam accuratè reco-gnitus & purgatus, legitimeque per-missus fuerit, si denud sit imprimen-dus, præferat titulo inscriptum nomen auctoris, cum nota damnationis, ut quamvis, quoad aliqua liber recipi, auctor tamen repudiari intelligatur.

In ejusdem quoque libri principio, tum veteris prohibitionis, tum recen-tis emendationis, ac permissionis men-tio fiat, exempli gratia, Bibliotheca à Conrado Gesueto Tigurino, damnato auctore, olim edita, ac prohibita, nunc jussu Superiorum expurgata, & per-missa.



# AUCTORUM ET LIBRORUM PROHIBITORUM.

## AUCTORES PRIMÆ CLASSIS.

## A.

**A** Rydenus Corallus, aliàs Huldri-  
cus Huttenus.  
Achilles Pyrminius Gassarus.  
Adolphus Clarambach.  
Albertus Brandenburgenfis.  
Albertus Draco.  
Alexander Alexius Scotus,  
Alexius Brenicerus.  
Alphonfus Æmilii Chemnicenfis.  
Ambrosius Interbocenfis.  
Ambrosius Morbanus Uratislavienfis.  
Andreas Altameri.  
Andreas Bondeftein Caroloftadius.  
Andreas Cratander.  
Andreas Dietherus.  
Andreas Fabricius, Chemnicenfis.  
Andreas Fricius, Modrevius.  
Andreas Hyperius.  
Andreas Knopen.  
Andreas Mufculus.  
Andreas Ofiander.  
Andreas Poach.  
Angelus Odonus.  
Antonius Alicus vel Halicus,  
Antonius Anglus, auctor libri de origi-  
ne Miffæ.  
Antonius Brucciolus.  
Antonius Corvinus.  
Antonius Otho.  
Aretius Felinus, qui & Martinus Buccer-  
rus.  
Arnoldus-Montanii.  
Arfatus Schoffer.  
Arturus Britannus.  
Augustinus Mainardus Pedemontanus.

## APPENDIX.

**A**bdias Liberinus, vel Liberinus Ab-  
djas.  
Abdias Prætorius,

Abrahamus à Mynsholt, Antverpien-  
fis.  
Abrahamus Mufculus.  
Achatus Brandeburgenfis.  
Adamus Hoppius.  
Adamus Paftoris.  
Adamus Schmid, vel Schuberts.  
Adamus Siberus.  
Æmiliius Portus, Francifci filius.  
Albertus Hardembergius.  
Albertus Lytichius.  
Alceus Antonius.  
Alexander Novellus.  
Alexander Seton, Scotus, *Apostata, qui  
fcripfit anno 1547.*  
Alexius Alexander Lipfienfis.  
Alphonfus Conradius, vel Conradus.  
Ambrosius Lobvaffer.  
Ambrosius Reudenius.  
Ambrosius VVolfius, vel VVolfius.  
Andreas Celichius.  
Andreas Corninus.  
Andreas Critius, Polonus.  
Andreas Ellingerus.  
Andreas Freihub.  
Andreas Fulda.  
Andreas de Cortiz, Profeflor Lipfien-  
fis.  
Andreas Gorrrutus.  
Andreas Hondorfis.  
Andreas Jacobi Gopingenfis.  
Andreas Kreich.  
Andreas Lang.  
Andreas Muncerus.  
Andreas Otho Hertzbergenfis.  
Andreas Pancratius.  
Andreas Petrius.  
Andreas Pouchemius.  
Andreas Scoffius, vel Scoppius.  
Andreas Volanus.  
Andreas à Skeuve.  
Antonius Cevallerius.

## Librorum Prohibitorum.

Antonius Cooke.  
Antonius Corranus.  
Antonius Fayus.  
Antonius Ghelbuis, Linconienfis.  
Antonius Herfortus.  
Antonius Mocherus.  
Antonius Paquius.  
Antonius Probus.  
Antonius Sadeel.  
Antonius Schorus, Anglus.  
Antonius Pelearius.  
Augustinus Marloratus.

### Certorum Auctorum Libri prohibiti.

in **A**ctis Æneæ Sylvii prohibentur  
ea, quæ ipse in Bulla retractatio-  
nis damnavit.  
Alcuini, seu potius Calvini commen-  
tarii in libros de Trinitate.  
Antonii Fræncisci Doni literæ  
Antonii de Rosellis Aretini  
tractatus de potestate Im-  
peratoris, & Papæ, & de  
Conciliis.  
August. de Roma Nazareni,  
Episcopi, tractatus de Sa-  
cramento Divinitatis Jesu  
Christi & Ecclesiæ.  
Item tractatus de Christo  
capite, & ejus inclyto  
principatu.  
Item tractatus de charitate  
Christi circa electos, & de  
ejus infinito amore.

Donec  
expur-  
gentur

## APPENDIX.

**A**driani Barlandi liber selectas  
quasdam epistolas Erasmi Rote-  
ropami continens.  
Alberti Argentinensis Chro-  
nicon, editio Basileensis. } Nisi  
Alberti Kratzii Hambur- } corri-  
genfis. Historiz, seu Chro- } gantur  
nica, editio Francofurti. }  
Alphonfi Enriquez, defensio pro Eraf-  
mo, contra Eduardum Læum & con-  
tra Universitatem Parisiensem.  
Amari Lusitani Centuriz : donec ex-  
purgentur.  
Ambrosii Catharini Polyti, quæstiones

dux, de verbis, quibus Christus  
sanctissimum Eucharistia sacramen-  
tum confecit.  
Andræ Corviliber de Chiromantia.  
Andræ Masii, Commentaria su-  
per Josue, usquequo emendentur.  
Annales gentis Silesiæ, Joachimo Cu-  
reo auctore.  
Annotationes super inst. Joa. Schnei-  
devvini, nisi emendentur.  
Antiochi Tiberti, lib. de Chiromantia.  
Antonii Bonfinii, commentaria de pu-  
dicitia.  
Antonii Poli veneti, Lucidarium pote-  
statis papalis.  
Antonii Revelini Exegesis } Donec  
dictionum in Psalmos. } expur-  
Antonii de Ramplogis, Fi- } gen-  
guræ Bibliorum. } tur.  
Apologia Fratris Michaëlis Medinæ  
Belarcensis adversus F. Dominicum  
Soto Segobiensem pro fratre Joane  
Fero.  
Apologia VVilhelmi, Principis auri-  
nici, Comitis Nassaviæ, contra Prin-  
cipem Parmensem.  
Apologia Zafii, contra Joannem E-  
ckium.  
Arnaldi de Villa nova opera, nisi ex-  
purgentur.  
Augustini Eugubini Cosinopeja, nisi  
fuerit ex emendatis, & impressis Ve-  
netiis, 1591.

### Incertorum Auctorum Li- bri prohibiti.

**A**Cta Noribergæ, videlicet, Osiân-  
drismus.  
Acta Synodi Bernensis.  
Actiones dux Secretarii Pontificii.  
Admonitio Ministrorum verbi Ar-  
gentinensium.  
Æquitatis discussio super concilio de-  
lectorum Cardinalium.  
Alchimia Pargatorii.  
Alchoranus Franciscanorum.  
Alchoranus Mahometis Basileæ im-  
pressus, & similes cum scholiis &  
impiis annotationibus & præfatio-  
nibus.

## AUCTORES PRIMÆ

Classis.

D.

**D**avid Gregorius ex Delphis.  
David Peiferus Lipsius, vel Pffesinger.  
David Scheffer.  
Didymus Faventinus, qui est Melanch-ton.  
Diethelmus Cellarius.  
Dionysius Melander.  
Dominicus Caramanlius.  
Dominicus Melguitius.

## APPENDIX.

**D**aniel Bodembergius.  
Daniel Hoffmannus.  
Daniel Toffanus.  
David Chytraus.  
David Paræus.  
David Stangius.  
David Thoner.  
David VVetterus.  
David VVithedus.  
David VVoitus.  
Donadus Gortvilius.  
Durandus de Baldach.

*Incertorum Auctorum Libri prohibiti.*

**D**antis Monarchia.  
David Chytraei, liber de auctoritate, & certitudine Christianæ doctrinæ, ac ratione descendendi Theologiam.  
Desiderii Erasmi Roterodami, Colloquiorum liber, Moria, lingua, Christiani matrimonii institutio. De interdicto estu carniæ, ejusdem Paraphrasis in Matthæum, quæ à Bernardino Tomitano in Italicam linguam conversa est.  
Cætera verò opera ipsius, in quibus de Religione tractat, tamdiu prohibita sint, quamdiu à facultate Theologica Parisiensi, vel Lovaniensi expurgata non fuerint.  
Axioma verò ex editione, quam molitur Paulus Manutius, permittuntur.

Interim verò, quæ jam edita sunt expunctis locis suspectis, judicio alicujus facultatis Theologicæ Universitatis Catholicæ, vel inquisitoris alicujus generalis permittantur.

## APPENDIX.

**D**avid de Pomis Hebraei, de Medicis Hebræo enarratio Apologetica, quamdiu emendata prodierit.  
Desiderii Erasmi Roterodami Adagium pridem edita à Paulo Manutio permittuntur.  
Dialogus Petri Mochi, de cruciatus, ex illoque cupidinis.  
Dialogus Potami Charon.  
Didaci Stellæ commentaria in Evangelium Luca: nisi fuerint ex impressis ab anno 1581.  
Duarenii Liber de S. Ecclesiæ ministeris permittitur, si tamè correctus fuerit.  
Libellus verò eidem adjunctus, ab hæreticis factus, cui titulus est, Pro libertate Ecclesiæ Gallicanæ, adversus Romanam aulam defensio Parisiensis Curie, Ludovico XI. Gallorum Regi quondam oblata, omninò prohibetur.

*Auctorum incerti nominis Libri prohibiti.*

**D**ecleratoria Jubitæ.  
Decretum Noribergerense, editum anno 1523.  
Defensio pro Zvinglio.  
Defensio adversus axioma catholicum, id est, criminationem Roberti Episcopi Abricensis.  
Defensio adversus Joannem Eckium.  
Dialogi de Mercurio, & Charonte.  
Dialogus de doctrina Christiana.  
Dialogus Karstans, & Regellianus.  
Dialogus de morte Julii II. Papæ, sine Julio.  
Dialogus Murnarus Liviathan.  
Dialogus obscurorum virorum, in quibus colloquuntur Theologi.  
Dialogus Orat. Pontificis Romani, & illius, qui est Pontifici à confessionibus.  
Dialogus paradoxus, quo Romani Pontificis Orator, una cum eo qui est, de-

Discoffi sopra li foreti di San Francesco.  
Disputatio Badensis.  
Disputatio Bernensis.

Disputatio Gronicena, cum duabus epistolis.

Disputatio inter clericum, & militem super potestate Prælati Ecclesiæ atque Principibus terrarum commissa, alias Somni ter vitidarii.

Disputatio Lypfica inter Martinum, & Hieronym. Emserum,  
Disordine della Chiesa.

Diurnale Romanum impressum Lugduni in ædib. Philiberti Rollerii, & Bathol. Frenerii.

Doctrina veriff. sumpta à c. 4. epist. ad Rom. ut consolentur afflictæ conscientia.

Doctrina vetus & nova.

Dragale locorum communium.

Duz disputat. Hersfordianæ Langi, & Nauclerii.

Due lettere d'un cortigliano, nelle quali si dimostra, che la sede, &c.

## APPENDIX.

**D**E auctoritate, officio, & potestate Pastorum Ecclesiasticorum.

Declaratio nominum Chaldæorum, nisi corrigatur.

De disciplinis puëtorum, testæque formandis eorum studiis & moribus, ac simul, tam parentum, quam præceptorum in eodem officio, doctorum virorum libelli verè auri.

De Scripturæ Sanctæ præstantia, dignitate, auctoritate, &c.

De Christianissimi Regis periculis, & notata quædam ad Sfondrate Pontificis Romani, litteras monitoriales, Francoforti, apud Martinum Lechlerum, 1591.

Dialectica Legalis, etiam cum nomine auctoris Dialogi Sacri, sine nomine auctoris, qui tamen sunt Sebastiani Castellionis hæretici.

Disputatio de secto corporis Christi.

Disputatio de peccato originis.

Disputatio de pœnis.

Disputatio de ministerio verbi.

Doctrinæ Jesuitarum præcipua capita,

à doctis quibusdam Theologis retexta, solidis rationibus testimoniisque factarum Scripturarum, & doctorum veteris Ecclesiæ, confutata, Tomi tres, Altera editio priorè emendatior, eo duplo major, & sub eisdem, vel parum diversis titulis doctrinæ Jesuitæ, &c. Tomus primus, Tomus secundus, tertius, quartus, & quintus.

Dominicæ precationis explicatio, impressa Lugduni, per Gryphii, & alios.

Duellorum libri, litteræ, libelli, scripta, &c. Quibus eadem duella ex professo defenduntur, suadentur, docenturque, prorsus verantur, sicut & eorum detestabilis usus sacro Concilio Tridentino omnino prohibitus est. Si qui verò ex hujusmodi libris, ad controversias sedandas, pacisque componendas proficere possunt, expurgati, & approbati permittuntur.

Duo volumina orationum obcurorum virorum.

AUCTORES PRIMÆ  
Classis.

E.

**E**obanus Hessus.  
Erasmus Benedictus Silesius.  
Erasmus Fabricius.  
Erasmus Ebnerus.  
Erasmus Oswaldus Screckenfuchsius.  
Erasmus Rotembucher.  
Erasmus Roterdamus, vide sup. in littera D.  
Erasmus Sarcerius.  
Erasmus Snepsius.  
Euricius Cordus.  
Entychus Mion, qui & Musculus.

## APPENDIX.

**E**admundus Halen, Hordevolgius, vel Nordovolegius.

Edmundus Gest, Anglus.

Edmundus Grindallus, Anglus.

Edmundus Bunnius.

Egidius Hunnius.

Elchanon Pragensis.

Elias Palingenius.

*Certorum Auctorum Libri prohibiti.*

Viti Merbachii Antiparadoxa.  
Item Commentaria in Pythagoræ & Phocylidis poemata.  
Item Historia de sacerdotio Christi.

APPENDIX.

Valentini Forsterii de successioneibus ab intestato, donec expurgeretur.  
Verani Modesti Pacimontani, de Officio pii viri tractatus.  
Vincenii Ciconia Veronensis, Enarrationes in Psalmos nisi corrigantur.  
Uldarici ad Papam Nicolaum Epistola.  
Uldarici Zafii opera omnia, donec corrigantur.

*Incertorum Auctorum Libri prohibiti.*

Valdensium confessio & Apologia fidei, ad Vladislaum Regem Ungariæ.  
Varia doctorum, piorumque virorum, de corrupto Ecclesiæ statu poemata.  
Viridarii somnium, de potestate Papæ & principum secularium.  
Visitatio Saxonica.  
Vita & gesta Hildebrandæ.  
Vita Patrum cum Præfatione Martini Lutheri.  
Vita Pont. Rom. VVitebergæ impressa.  
Un breve modo, qual deve tener ciascun padre.  
Unio dissidentium Tripartita.  
Universitatis VVitebergenfis setia actio, apud Principem Fridericum.

APPENDIX.

Vita juventutis, cum Annotationibus, seu additionibus Philippi Melanthonis.  
VVitebergica acta Synodalia, à quodam collecta & per VVitebergicos Theologos probata, contra Illyricos.  
VVormatienses Articuli.  
Ursula Mûnsterbergenfis Ducissæ defensio, quare vitam monasticam deseruerit.

AUCTORES PRIMÆ Classis.

X.

Xystus Buteleius, Augustanus.

AUCTORES PRIMÆ Classis.

Y.

Yonellus, vel Jullius, Anglus.

AUCTORES PRIMÆ Classis.

Z.

Zellius Keiserspergensis.  
Zwvinglius.

APPENDIX.

Zacharias Hosmarius.  
Zacharias Prætorius.  
Zacharias Schriterius.  
Zacharias Ursinus, Heidelbergensis.

QUARUMCUMQUE LICENTIARUM

Legendi, & habendi quomodolibet libros prohibitos quibuscumque personis ab omnibus, etiam Romanis Pontificibus concessarum.

GREGORIUS PAPA XV.

*Ad futuram rei memoriam.*



POSTOLATUS officium Nobis, nullo licet meritorum suffragio, divinâ providentiâ commissum postular, ut ad ea vigilantia nostræ partes propensius intendamus, per quæ religio Catholica, ubi divina gratia illæsa viget, conservetur, & ubi restitutione indiget, restitatur. Quapropter cum librorum prohibitorum lectio magno esse sinceræ fidei cultoribus detrimento noscatur, & sicut accepimus, licentiæ libros hujusmodi legendi nimis exereverint: Nos, ut huic malo maturè occurratur, & in posterum quam cautissimè licentiæ hujusmodi concedantur, quantum cum Domino possumus, providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas licentiæ legendi, & habendi libros quoscunque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspensionem, vel aliâs quomodolibet prohibitos, quibuscumque personis cujuscunque gradus, & conditionis existentibus, etiam per litteras Apostol. ad tempus, seu ad vitam, & aliter quomodocunque & ex quacunque causa, tam per litteras in forma Brevis, quam aliter quomodocunque à Nobis, seu prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu ab habentibus à Nobis, vel ab eis facultatem, & auctoritatem concessas,

F I N I S.

REVO-

cessas, earum tenorem presentibus pro expressis habentes, tenore presentium revocamus, cassamus, & annullamus, ac pro revocatis, cassis, & annullatis haberi, nullique in posterum suffragari. Quinimo libros per licentias hujusmodi permisos legentes aut habentes, penas in sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Indicibus Librorum prohibitorum contentas incurrere volumus, & declaramus. Decernentes, ut presentes litterae, postquam in valvis Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariae Apostolicae, nec non in acie Campi Florae affixae fuerint, infra duos menses ex tunc proximos, omnes, & singulos, ad quos spectat, ardeat, & afficiant, perinde ac si unicuique personaliter intimatae fuissent, quodque dictis duobus mensibus durantibus, ii, qui libros prohibitos hujusmodi habuerint, eos ad Episcopum, seu Inquisitorem, qui illos quantocius comburere debeat, deferre, quique aliquos similes libros prohibitos habere sciverint, eos denuntiari teneantur, neque de cetero similes licentiae, nisi a Congregatione Sancti Officii, quae singulis hebdomadis coram Nobis haberi solet, concedantur, ac quod earundem presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostentae. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXX. Decembris M. DC. XXII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.


Anno à Nativitate D. N. JESU CHRISTI millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, Indictione sexta, die vero secunda mensis Januarii, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Gregorii divina providentia Papae XV. Anno ejus Secundo, retrospectae litterae Apostolicae affixae fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis & Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariae Apostolicae, nec non in acie Campi Florae, ut moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem.

Octavius Spada, Mag. Curs.

THEO.

THEOLOGIA ERRONEA,  
ID EST  
PROPOSITIONES  
SUB DIVERSIS SUMMIS PONTIFICIBUS  
DAMNATAE,

Juxta ordinem Tractatum Theologicorum dispositae,  
Ita, ut ad Cantelam, & pro faciliore usu, circa quamvis Materiam statim occurrat, quid damnatum.  
Multorum suasu Coloniae in hunc modum primò impressae Anno 1697.



SUMMI PONTIFICES,  
Sub quibus adjunctae Propositiones sunt damnatae, uti & numerus Propositionum.

<i>Summi Pontifices.</i>	<i>Propositiones.</i>
<b>P</b> IUS V. & Gregorius XIII. Anno 1579. 29. Januarii. Et Urbanus VIII. in Bulla Eminentissimo anno 1641. damnarunt propositiones, vulgo Bajanas.	79
Paulus V. damnavit Anno 1605. 14. Junii de Pœnitentia.	1
Innocentius X. & Alexander VII. damnarunt quinque Propositiones vulgò Janfenianas.	5
Idem Alexander VII. anno 1659. 30. Januarii damnavit.	6
Idem anno 1665. 24. Septembr. & anno 1666. 8. Martii damnavit.	45
Innocentius XI. anno 1679. 2. Martii. damnavit.	65
Idem anno 1679. 23. Novembr.	2
Idem anno 1682. 18. Novembr. de Pœnitentia.	1
Idem anno 1687. 28. Aug. damnavit Propositiones vulgò Molinianas 68. quae tamen hic sunt omisae, tum quia valde sunt absurdæ, tum quia magis ad asceticam quam Theologicam materiam spectant.	
Alexander VIII. anno 1690. 24. August. damnavit.	2
Idem anno 1690. 7. Decembr.	27
Itaque Propositiones damnatae, de quibus hic, sunt	277

Propositiones Lutheri & aliorum hœreticorum, quamvis damnatae, hic sunt omisae, quia ex principiis Fidei & Concilio Tridentino facile dignoscuntur.